

• PATER NOSTER

Pater noster, qui es in caelis: sanctificetur Nomen Tuum: adveniat Regnum Tuum: fiat voluntas Tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in tentationem sed libera nos a malo. Amen

• AVE MARIA

Ave Maria, Grátia plena, Dóminus tecum. Benedicta tu in muliéribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen

• ALMA REDEMPTORIS MATER

Alma redemptoris mater Quae pervia caeli porta manes et stella maris Succurre cadenti surgere qui curat populo Tu quae genuisti natura mirante Tuum sanctum genitorem Virgo prius ac posterius Gabriélis ab ore sumens illud ave Peccatorum miserere

• AVE REGINA CAELORUM

Ave, Regina caelorum, Ave, Domina Angelorum: Salve, radix, salve, porta Ex qua mundo lux est orta. Gaude, Virgo gloriosa, Super omnes speciosa, Vale, o valde decora, Et pro nobis Christum exora.

• REGINA CAELI

Regina caeli laetare, alleluia. Quia quem meruisti portare, alleluia. Resurrexit, sicut dixit, alleluia. Ora pro nobis Deum, alleluia.

• SALVE REGINA

Salve, Regina, Mater misericordiae, vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus, exsules filii Evae. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eia ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis, post hoc exsiliium, ostende. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria!

• PUER NATUS EST NOBIS

Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius et vocabitur nomen eius, magni consilii Angelus. Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit. Puer natus est nobis...

• ADORO TE DEVORE

Adoro te devote, látens Déitas, Quae sub his figúris, vere látitas: Tibi se cor meum totum súbjicit, Quia, te contéplans, totum déficit. Jesu, quem veláum nunc aspício, Oro fiat illud, quod tam sítio: Ut, te reveláta cernens fácie, Visu sim beátus tuae glóriæ. Amen.

• UBI CARITAS

Rit. Ubi caritas est vera (et amor), Deus ibi est. Congregavit nos in unum Christi amor. Exsultemus et in ipso jucundemur. Timeamus et amemus Deum vivum. Et ex corde diligamus nos sincero.

• GLORIA IN EXCELSIS DEO – Missa VIII

Glória in excelsis Deo. Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. ramos te. Glorificamus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex coeléstis, Deus Pater omnipotens. Dómine, Fili unigénite, Jésu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserere nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe precatióem nóstram. Qui sédes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quóniam tu sólus sanctus. Tu sólus Dóminus. Tu sólus Altíssimus, Jésu Christe. Cum Sáncto Spíritu, in glória Dei Patris. Amen.

• SANCTUS – BEEDICTUS – Missa VIII

Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

• AGNUS DEI – Missa VIII

*Agnus dei Qui tollis peccata mundi Miserere nobis
Agnus dei Qui tollis peccata mundi Miserere nobis
Agnus dei Qui tollis peccata mundi Dona nobis pacem*

• CHRISTUS FACTUS EST

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.»

• VICTIMAE PASCHALI LAUDES

Victimae paschali laudes immolent Christiani. Agnus redemit oves: Cristus innocens Patri reconciliavit peccatores. Mors et vita duello conflixere mirando: dux vitae mortuus, regnat vivus. Dic nobis Maria, quid vidisti in via? Sepulcrum Christi viventis, et gloriam vidi resurgentis: angelicos testes, sudarium et vestes. Surrexit Christus spes mea: procedet sicut in Galilaeam. Scimus Christum surrexisse a mortuis vere: tu nobis, victor Rex, miserere. Amen. Alleluia.

• REQUIEM – Missa pro defunctis

Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis. Te decet hymnus Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Ierusalem. Exaudi orationem meam; ad te omnis caro veniet. Requiem

• LUX AETERNA

Lux aeterna luceat eis, Domine, cum sanctis tuis in aeternum, quia Pius es. Requiem aeternam dona eis, Domine; et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis tuis in aeternum, quia Pius es

• IN PARADISUM


In Paradisum deducant te Angeli; in tuo adventu suscipiant te Martyres, et perducant te in civitatem sanctam Jerusalem Chorus Angelorum te suscipiat, et cum Lazaro quondam paupere, aeternam habeas requiem.

• STABAT MATER

Stabat Mater dolorosa iuxta crucem lacrimosa dum pendebat Filius. Quando corpus moriétur fac, ut animae donétur paradisi gloria.

• CHRISTUS VINCIT – Acclamations





SETTIMANA
MUSICALE
MIRTENSE

XVII
EDIZIONE

dal 9 al 16
LUGLIO
2023

Parco San Paolo
POGGIO MIRTETO

In caso di maltempo
i concerti si terranno presso la
Cattedrale S.M. Assunta



ASSOCIAZIONE CULTURALE
AMICI DEL MUSEO
POGGIO MIRTETO



Opera realizzata da: Francesco Patané - Scarabocchiando Dave Brubeck

CHIESA SAN PAOLO

CONCERTO DI CANTO GREGORIANO

Esegue
Corale **IN SIMPLICITATE**
Dirige
Don Enzo Cherchi
Organizza
Ass. C. Amici del Museo

info: www.amicidelmuseo.com  Amici del museo



CITTÀ di
POGGIO MIRTETO



PRO LOCO di
POGGIO MIRTETO



Associazione
CENTO CITTÀ IN MUSICA



Poggio Mirteto
09 luglio 2023 ore 18.00